



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 51. Legatorum Papalium oratio ad Synodum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. di medium prosequi. Tandem conclu-  
A. C. 1433. dit dicendo, se semper, si Eugenius Papa  
Synodo resistere pergeret, eam auctori-  
tate sua defensurum.

## §. L.

*Legatio Papæ ad Synodum.*

*Labbe Conc.* **C**æsar is responsum Pontificem ad iran-  
to. 12 p. 940. commovit; hinc eidem rescripsit, non  
esse Cæsar is de decretis Pontificum, ac  
Concilii judicium ferre, sed suarum dun-  
taxat partium esse, illis morem gerere,  
atque ea effectui dare. Hanc in rem  
Eugenius Oratores fidei publicæ literis  
munitos Basileam allegavit, nimirum,  
Joannem Mella Protonotarium Apostoli-  
cum, Episcopum Cerviensem, duosque  
Abbates, qui omnes die octava Martii ad  
Congregationem admissi, in pleno Pa-  
trum confessu Legationis suæ negotia  
exponebant.

## §. LI.

*Legatorum Papalium oratio ad  
Synodum.*

*Id. ib. p. 505.* **H**i ergo præprimis hunc in modum per-  
orabant: Evidem summus Ponti-  
fex de plenitudine potestatis, atque au-  
ctoritatis suæ omni jure Concilium dis-  
solvere, atque ad alium, quemcunque vo-  
luerit,

Iuerit, locum transferre potest, quin pro-Sæcul. XV.  
pterea Concilii Constantiensis sanctioni- A.C. 1433.  
bus aduersaretur, nihilominus tamen  
sanctitati suæ placuit, pacis & concordiæ  
studio aliquid etiam de jure suo, quan-  
tum Dei, sedisque Apostolicæ honor pa-  
titur, remittere, proin rogat, ut Patres  
translationem Concilii ad civitatem Bo-  
nonensem æquo animo ferrent, hanc e-  
nim pro maxima Religionis Christianæ  
utilitate decrevit; vicissim tamen pol-  
licetur Eugenius, se decreta omnia per  
eum aduersus Patres promulgata quam-  
primum abrogaturum, si & ipsi sua in Pa-  
pam edita revocaverint; si vero, subjun-  
xerunt Legati, Bohemi Bononiam pete-  
re recusant, concedit Papa, ut Patres in-  
tra certum temporis spaciū cum eis Ba-  
sileæ agere, ac etiam Principes Chri-  
stianos conciliandi negotio incumbere  
possent; dummodo elapso termino Bo-  
noniam se conferant. Si vero præfata  
Civitas eis minus arrideret, aliam sibi se-  
ligerent intra Italiam; denique si nulla  
harum propositionum eis æqua, rataque  
haberetur, annuit Eugenius, ut duodecim  
Præsules neutri parti suspecti ex eorum  
coetu nominarentur, qui unacum Princi-  
pum Oratoribus velut arbitri hac super re  
cognoscerent. Hi vero, si Synodum in-  
tra Germaniæ fines omnino celebrandam

F 4            esse,

Sæcul. XV. esse, decisuri forent, alias extra Basileam  
A.C. 1433. locus designaretur.

## §. LII.

*Patrum Synodi responsum.*

*Labb. Conc.* **H**æc Legatorum oratio Patribus minus  
*to. 12. p. 699.* grata acciderat; quapropter illis re-  
 spondent, se semper ac palam professos  
 esse, Synodum legitime fuisse congrega-  
 tam, proin nec a Romano Pontifice sine  
 ipsius Concilii assensu dissolvi posse, nec  
 ipsos Patres absque Religionis, & Eccle-  
 siæ dedecore ejusmodi petitionibus, quas  
 omnino absonas, atque illicitas censerent,  
 ullatenus annuere posse.

## §. LIII.

*Sessio XI. Basileensis Synodi.*

*Ibid. p. 505.* **O**ratores Eugenii accepto responso di-  
 scedunt, die vero vigesima septima  
 Aprilis, quæ erat feria secunda, habita  
 est Sessio undecima, in qua Patres sedu-  
 lam navarunt operam, ut Constantiensis  
 Synodi decretum in sessione trigesima  
 nona conditum, quo Concilia pro refor-  
 matione Ecclesiæ convocari sancitur, ex-  
 planarent, sensumque illius genuinum  
 definirent, hac via cavillationibus Fau-  
 torum Curiæ Romanæ obviaturi, qui  
 sele